e-codices

AVLVLARIA

Eu T ace atq: abi. curata fac ſint quom á foro redeam domum
A tque occlude ędes iam hic ero. Sta quid ego nunc agam:
N unc nobiſ prope adeſt exitium mihi atque herili filię
N am probrum atq; partitudo prope adeſt ut fiat palam
Q uod caelatum atque occultatum eſt uſq; adhuc non poteſt
E bo intro ut heruſ quae imperauit facta quom ueniet ſient
N am ecaſtor malum merorem metuo ne mixtum bibam.

STROBILUS CONGRIO ARTRAX COQUI DUO

P oſtq̃ abſonauit heruſ & conduxit coquoſ
Tibicinaſq; haſce. apud forum edixit mihi
V t diſpartirem obſonium hic bifariam.
Co M e quidem hercle dicam palam non diuides
S i quo tu totum me ire viſ operam dabo
Str B ellum & pudicum uero proſtibulum populi
P oſt ſi qſ uellet te haud non uelles diuum.
Con A tque ego iſtuc anthrax alio uorſum dixeram.
N unc iſtud quod tu inſimulas. Str ſed herus nuptias meuſ hodie faciet
Art Q uoiuſ ducit filiam: Str uicini huiuſ euchionis é proximo
E i adeo obſonij hinc dimidium iuſſit dari
C oquum alterum. itidemq; alteram fidicicinam
Art N empe huic dimidium duciſ: dimidium domi
Str N empe ſicut dicis. Art quid hic non poterat de ſuo
S enex obſonari filiae in nuptijſ. Str vah
Art Q uid negotij eſt. Str quid negotij ſit rogaſ:
P umex non ęque eſt aridus atque hic eſt ſenex
Art A in tandem ita eſſe ut diciſ: Str tu te exiſtuma
S uam rem periſſe ſeq; eradicarier
Q uin diuum atq: hominum clamat continuo fidem
D e ſuo tigillo fumus ſi qua exit foras
Q uin quom it dormitum follem obſtrinxit ob gulam
Art Q uor: Str nequid animę amittat dormiens
Art E tiam ne obturat inferiorem gutturem
N equid animę forte amittat dormienſ:
Str N ec mihi te vt tibi me ęquum eſt credere credo
Art I mmo equidem credo. Str At ſcin etiam quomodo:
A quam hercle plorat quom lauat profundere

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. f.%2034r – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/en/fmb/cb-0138/f.%2034r)